



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno CCCCLII. ad annum CCCCLXXX.

**Parisiis, 1644**

II. De personis, quibus clericorum accusatio interdicitur.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14918**

Augustino Hipponæ Regiensi, Leone \* Ospinensi,  
 Possidio Calamensi, legatis pro- Leone alio, legatis provincia  
 uincia Numidiæ: Mauritanæ Tingitanæ:  
 Maximiano Aquæ Regiensi, \* Niello \* Ruscurensi,  
 Iocundo Suffetulensi, Laurentio Icositano,  
 Hilarino Orreocelensi, legatis Numeriano \* Rusguniensi, lega-  
 tibus prouinciæ Byzacenæ: Et tis prouinciæ Mauritanæ Cæ-  
 Nouato Sitiphensi, sarensis:

ANNO  
 CURIAE  
 459  
 \* Opi-  
 si, ad Mo-  
 crensi,  
 \* Nicello  
 \* Ruscu-  
 curensi,  
 vel Ruso-  
 corensi,  
 \* Rango-  
 nienti

Ac vniuersis in Concilio iudicibus delectis, adstantibus diaconibus, confedisset, & quibusdam peractis, multi episcopi ceterorum peragendorum moras se conquererentur sustinere non posse, & ad proprias ecclesias festinarent: placuit vniuerso Concilio, vt ab omnibus eligerentur de singulis quibusque prouinciis, qui propter alia peragenda residerent. Et factum est, vt hi adessent, quorum subscriptiones eos adfuisse testantur.

## C A P I T V L A.

### I.

Cod. Can.  
 128.  
 Conc. Afr.  
 cap. 95.  
 4. quest. 1.  
 Distinimus  
 eum rite.

**PLACVITQVE**, quoniam superioribus Conciliorum decretis de personis, quæ admittendæ sunt ad accusationem clericorum, iam constitutum est, & quæ personæ non admittantur, iam expressum non est: idcirco definimus, eum rite ad accusationem non admitti, qui posteaquam excommunicatus fuerit, in ipsa adhuc excommunicatione constitutus, siue sit clericus, siue laicus, accusare voluerit.

### II.

Cod. Can.  
 cap. 129.  
 Conc. Afr.  
 cap. 96.  
 4. quest. 1.  
 Distinimus  
 eum rite.  
 4. quest. 6.  
 Omnibus  
 quibus ac-  
 cusatio.

Item placuit, vt omnes serui, vel proprii liberti ad accusationem non admittantur, vel omnes, quos ad accusanda publica crimina leges publicæ non admittunt. Omnes etiam infamiæ maculis aspersi, id est, histriones, ac turpitudinibus subiectæ personæ, hæretici etiam, siue Pagani, siue Iudæi. Sed tamen omnibus, quibus accusatio denegatur,

ANNO CHRISTI 419.

in causis propriis accusandi licentia non est dene-  
ganda.

III.

Item placuit, quotiescumque clericis ab accu-  
satoribus multa crimina obiiciuntur, & vnum ex  
his, de quo prius egerit, probare non valuerit, ad  
cetera iam non admittantur.

Cod. Can.  
cap. 130.  
Conc. Afr.  
cap. 97.  
3. quest. 10.  
Placuit, vt  
quoties-  
cumque.

IV.

Testes autem ad testimonium non admittendos,  
qui nec ad accusationem admitti præcepti sunt, vel  
etiam quos ipse accusator de domo sua produxerit.  
Ad testimonium autem, infra annos quatuorde-  
cim ætatis suæ non admittantur.

Cod. Can.  
cap. 131.  
Conc. Afr.  
cap. 98.  
4. quest. 2.  
& 3. Te-  
stes autem  
ad.

V.

Item placuit, vt si quando episcopus dicit, ali-  
quem sibi soli proprium crimen fuisse confessum,  
atque ille neget; non putet ad iniuriam suam epi-  
scopus pertinere, quod illi soli non creditur: & si  
scrupulo propriæ conscientiæ se dicit neganti nol-  
le communicare, quamdiu excommunicato non  
communicauerit suus episcopus, eidem episcopo ab  
aliis non communicetur episcopis, vt magis caueat  
episcopus, ne dicat in quemquam, quod aliis docu-  
mentis conuincere non potest. Et subscripserunt,

Cod. Can.  
cap. 132.  
Conc. Afr.  
cap. 99.

Cod. Can.  
cap. 133.  
Conc. Afr.  
cap. 99.

Aurelius episcopus ecclesiæ Car-  
thaginensis.

Faustinus ecclesiæ Potētinae pro-  
uinciæ Piceni.

Alypius Tagastensis, legatus pro-  
uinciæ Numidiæ.

Augustinus Hipponæ Regiensis,  
legatus prouinciæ Numidiæ.

Possidius Calamensis, legatus  
prouinciæ Numidiæ.

Concil. Tom. 4.

Nouatus Sitiphensis, legatus pro-  
uinciæ Sitiphensis, vel Mauri-  
taniæ Tingitanæ.

Leo \* Ospinensis, legatus pro-  
uinciæ Sitiphensis, vel Mauri-  
taniæ Tingitanæ.

Leo alius legatus prouinciæ Siti-  
phenensis, vel Mauritaniæ Tin-  
gitanæ.

Iocundus Sufferulensis, legatus

Nnn ij

\* Ospin-  
ensis, al. Mo-  
ctensis.